Q. F. F. Q. S.

AD

ANNVAM ENCAENIORVM ATHENAEI ELBINGENSIS FESTIVITATEM

D. XXIX. NOV. A. O. R. MDCCLIX

CELEBRANDAM

MAGNIFICVM ET AMPLISSIMVM

VRBIS

MAGISTRATVM

OMNESQVE

LITERARVM AC LITERATORVM

FAVTORES

PRO SVA QVEMQVE DIGNITATE

DEMISSE OFFICIOSE HVMANITER

INVITAT

IOANNES LANGIVS

GYMN. RECT. P. P. ET BIBL.

ELBINGAE

TYPIS IOA. GOTTLIEB NOHRMANNI.

Et *nihil* eſt *aliquid.* *Nihil*, haud *nihil* eſt numerandum:
Nam *nihil* in mundo non *nihil* eſſe poteſt.
Hinc *nihil* in terris, in coelis cum *nihil* eſſet,
Jam fuit, ecce! *aliquid:* fertile nempe *nihil*,
Ex quo grande chaos venit, quod ſidera coeli
Continet & terram, cunctaque mole ſua.
Hinc jamjam coelum, tellusque, ſalumque vocandum eſt
Praecellens *aliquid*, quod dedit ipſe DEUS.
Fulgida nunc *aliquid* ſunt coeli corpora, mundum
Quae radiis luſtrant grandibus atque regunt.
Sunt *aliquid* cete, toto exultantia ponto,
Et piſcis marium, quod datur, omne genus.
Sunt *aliquid* pecudes, peragrantes devia luſtra.
Sunt *aliquid* volucres, ſunt hominesque ſimul.

His, licet ornati vivant donisque bonisque,
Quod porro cupiant, provida cura dedit.
Optant hinc *aliquid* juvenes, optatque ſenectus,
Tempora quo vitae ſemper amoena ferant.
Eſt *aliquid* virtus, *aliquid* ſunt vitia tetra:
Invigilandum illi eſt, haec fugienda ſimul.
Relligio, pietas, artes & foedera pacis,
Quod cives optent, *omnibus eſt aliquid.*
Materies digna eſt, memori quae mente repoſta
Permaneat, revocans munera cuique ſua.
Cras hinc ſolemnes placuit PATRIBVSque DEOque
Natales patriae ſic celebrare Scholae,
Manibus ut laetis *aliquid* reddatur honoris,
Reddanturque ſimul vota precesque DEO.
Hinc veniant VRBIS PROCERES, MAGNIQVE PATRONI,
Sub quorum clypeo noſtra Camoena viget.
HIPPOCRATES, MYSTAE ac omnes, quos FAMA GENVSque
Ornant, huc volitent, artis honore clari.
Accedat Civis, ſubmiſſa mente rogamus,
Et patrii Pindi limina quisquis amat.
Hoc erit acceptum noſtris per ſaecla Camoe[illegible]s,
Ac *aliquid*, ſemper quod celebrare juva[illegible]

P. P. Elbingae die XXIIX. Nov. ML[illegible]CLIX.

Vlterius ſi in recenſendis Bibliorum, quae in publica Gymnaſii Bibliotheca exſtant, editionibus occupatus, catalogum ſupellectilis literariae in conſilium voco, occurrit mihi *NOVVM TESTAMENTVM GRAECVM*, quod a REIMANNO t) infrequens vocatur, & in rubro hac ratione inſcribitur:

α ✝ ω

Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ
εἰς δόξαν τȣ̃ φιλανθρώπου ἑνὸς τρισυποςάτου Θεοῦ, τȣ̃ Πατρός, καὶ τȣ̃ Ὑιοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος - - - - ἐργοδιώκτου τοῦ λογιωτ: κυρ: Ἐρασμοῦ Σχμιδιόυ - - τυπωθεῖσα ἐν τῇ Οὐιτλεμβέργῃ, ὑπὸ τοῦ Αὐγȣ́ςου Βωρεκίου χαλκογράφου, ἔτει τῆς ἐποχῆς τῶν χρισιανῶν ᾳ χ κ β.

Natales Teſtamenti hujus admodum rari orbis debet eruditus Graeciae aeque ac Germaniae. NICEPHORVS enim Theſſalonicenſis, Epiſcopus Hieriſſenſis ac in monte ſacro, (ut ex reliquis rubri patet verbis,) nec non DEMETRIVS, ſanctae civitatis Sacerdos, ZACHARIAM GERGANVM, Nobilem in Germaniam miſerunt, quo hujus cura & directore ERASMO SCHMIDIO, Pr. in Academia Wittenbergenſi Publico in uſum Chriſtianorum per Orientem auſpiciis & ſumptibus Theologorum modo laudatorum N. T. Graecum publici fieret juris, quod etiam DEO adjuvante AVGVSTVS BORECIVS u) Chalcographus typis exprimere incoepit: THOMAS vero TEICHMANNVS d. 9. Febr. 1622. in 4to ad finem perduxit. Quo facto exemplaria fere omnia in Graeciam transmiſſa ſunt, ita ut magna codici huic in Germania conſtet raritas, teſte KNOCHIO, ita ſcribente: w) Es iſt dieſe Ausgabe des griechiſchen N. T. deshalb in Europa ſo höchſt rahr geworden, weil ſie ganz unter die Griechen

 verſchicket

t) in *catal. Bibl. theol.* p. 217
u) quem *le LONG in Bibl. ſacra*, p. m. 487. BONCEIVM vocat.
w) in der Braunſchw. Bibelſammlung, P. I. p. 436.

verſchicket iſt, und müſſen gewiß nur ſehr wenige Exemplarien in Wittenberg damahls zurück geblieben ſeyn, die hin und wieder einer groſſen Bibliothek oder einem guten Freunde ſind überlaſſen worden. Nec praetereundum eſſe judico, hoc Teſtamentum Graecum unicum fere ſui generis eſſe. Siquidem nec in titulo, nec in praefatione, ſummariis, ſubſcriptionibusque illius unicum deprehenditur vocabulum latinum. Dum autem in rubro legitur, hoc N. T. εἰς οἰκοδομὴν τῶν φιλοθέων καὶ εὐλαβῶν Ῥωμαίων, (in aedificationem piorum & religioſorum Romanorum,) editum eſſe, ſcias, chriſtianos orientales h. l. ideo vicari Romanos, quia imperium Romanorum a Conſtantino M. Conſtantinopolin fuit translatum. x) Quaerenti denique, quo jure fatoque Bibliotheca Teſtamentum hoc admodum rarum poſſideat? reſpondeo, Virum Generoſum, Ampliſſ. Conſultiſſimumque Dn. ALEXANDRVM VNTERBERG, A. 1736. tum Reipublicae patriae a Secretis, jam vero Conſulem Seniorem ac Scholarcham Graviſſimum memoriam ſui eodem Muſis noſtris benevole ſignaſſe.

Porro rariores inter Codicis ſacri verſiones, quae Bibliothecae patriae magno ſunt ornamento, merito etiam refertur

NOVI TESTAMENTI CROBATICI
literis Glagolicis Tubingae A. 1562. in 4to expreſſi
Pars Ima,

cujus titulus in Slavonica lingua ſuperne; infra vero in Germanica poſitus, in rubro ita ſe habet: Der erſt halb Theil des Neuen Teſtaments, darin ſein die vier Evangeliſten und der Apoſtel Geſchicht, jetzt zum erſtenmahl in die Crobatiſche Sprach verdolmetſcht, und mit Glagoliſchen Buchſtaben getruckt.

Haec rariſſima N. T. verſio, duabus conſtans partibus, auctorem habet PRIMVM TRVBERVM y) Carnionem, [illegible] angelicae veritatis in

x) conf. die Hälliſche Bibliothec, St. 18. p. 471. 472. no

y) conf. BAYLENS hiſt. und crit. Wörterbuch, ex edit. GOTT[illegible]HEDII 4 Th. p. 408.

in Ducatu Carnionensi, aliisque Germaniae regionibus testem. Ille enim artem scribendi lingua Vandalica primus excogitavit, z) & praeter praecipuos fidei christianae articulos, LVTHERI postillam, catechismum, abecedarium, aliaque, etiam N. T. ex versione LVTHERI Germanica & ERAS. ROTERODAMENSIS Latina in linguam Crobaticam, veteris Slavonicae filiam, vel potius dialectum convertit, ac literis sic dictis Glagolicis publici fecit juris. a) Quo in negotio pio ac nunquam satis laudando usus est patrocinio Nobilissimi IO. VNGENAD, Liberi Baronis a Sonnec, sociosque habuit in eodem ut exilii ita & laborum STEPHANVM, Consulem Istrianum, & ANTONIVM DALMATAM, Bibliorum Crobaticorum literis Latinis 1584 Wittenb. in fol. min. editorum auctorem, b) quorum effigies in extrema codicis nostri facie impressae videntur. Huic Testamento Slavonico praemissa est a TRVBERO, tum temporis Pastore Vrachiensi praefatio, ad MAXIMILIANVM Regem Bohemiae idiomate Germanico exarata, de christianorum in Croatia, Dalmatia, Bosnia, Servia & Bulgaria statu, deque Turcarum finitimorum religione multa exhibens testimonia. c) Interim hoc N. T. non in Vindemicis modo regionibus, quibus destinabatur, sed in ipsa etiam Germania quam rarissime deprehenditur: quippe codices in itinere intercepti, Neostadii Austriorum cadis inclusi hodienum adhuc asservantur. d) Hinc le LONG asterisco illud denotat, e) & PFEIFFERVS f) hac in causa ad THVANVM g) provocat. Inde facile conjecturare licet, hanc editionem ipsis vel plane incognitam fuisse, vel nunquam in conspectum eorum venisse. Sicuti ergo

 Publicae

z) vid. *KOENIGII Bibliotheca vetus & nova, ad voc. TAVBER.* p. 819.

a) conf. *FRISCHII progr. de origine characteris Sclavonici.* p. 17. &c. add. die Leipziger N. Zeitungen von gel. Sachen. 1727. n. 43. p. 438 &c.

b) vid. Baylens Wörterbuch *ex ed. GOTTSCHEDII* 2 Th. *art. Dalmatin.* p. 251. 252.

c) add. *VOGTII catal. libr. rar.* p. m. 664.

d) teste *HERM. FABRIC. MOSEMANNO* in der summarischen Welthistorie.

e) in *Bibl. sacra.* T. I. p. 401. f) in *Critica sacra.* p. 339. g) Lib. 36. Hist.

Publicae Civitatis Regiomontanae Bibliothecae gratulandum est, quod in ea hoc N. T. totum deprehendatur: ita in den preußischen Zehenden allerhand geistl. Gaben h) legi utique meretur, qua via, quaque ratione illa in possessionem istius pervenerit. Eam, quam nos ob oculos habemus, Crobatici N. T. partem Gymnasii nostri Bibliothecae paucis abhinc mensibus liberali animo obtulit Vir Nobilissimus Doctissimusque CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHERTZ, Lusatus Hexapolitanus, jam Civitatis Elbingensis Actor ex officio fidelissimus, GEORGII SCHERTZII, Sorabi & Pastoris quondam Ecclesiae in Daubitz, Lusatiae Superioris pago nepos dignissimus. Huic vero, ut in pagina rubro aversa legere est, Vir plur. Reverendus CHRISTIANVS SEYLER, Diaconus Rotenburgensis, frater abavi GEO. DAN. SEYLERI, Gymn. Elb. quondam Rectoris, P. P. & Bibl. celeberrimi illam anno 1664 dono dedit.

Praeterea inter codices Bibliothecae nostrae sacros semet commendant

BIBLIA GERMANICO-LATINA,
typis IO. CRATONIS, X Tom. in 4to, cum gratia & privilegio Wittenbergae excusa, annoque Christi 1574 finita.

AVGVSTVS, Illustrissimus Saxoniae Elector, singulari linguae Romanae discendae studio inflammatus, geminata haec Biblia, Latinam aeque ac b. LVTHERI Germanicam versionem interpositis columnis e regione exhibentia, in hac nova forma jam 1565 sumptu suo excudi voluit: quippe operis hujus biblici editioni, ut e praefatione ALEXANDRO, AVGVSTI filio, Duci itidem Saxoniae dicata docemur, circiter duo millia aureorum quam clementissime impendit. In edendis vero his Bibliis usus erat Elector modo laudatus praestantissimis Theologiae Doctoribus, PAVLO sc. CRELLIO, GEO.

h) im III. St. n. IV. p. 235.

GEO. MAIORE, & PAVLO EBERO, Ecclesiae Wittenbergensis Pastore, e quibus huic, ut librorum V. T. illi ut N. T. curam ageret, isti vero, ut locupletem in universa Biblia adornaret indicem, datum erat negotium. Hinc in diligenti Codicis sacri a mendis repurgatione, & ejusdem in paragraphos distinctione, recentiumque typorum correctione tantam hi Viri adhibuerunt diligentiam, ut KORTHOLTVS i) fateatur, vulgatam in eodem ita reformatam esse, ut versio plane alia, quam novantiquam dicere possis, enata inde fuerit. Intereà haec Biblia, in quibus omnes in libros biblicos b. LVTHERI praefationes suo quamvis loco adjectas invenies, pristinam dialectus Germanici rationem quibusdam in locis retinent. k) Sic enim inter alia Hiob. XIV, 19 flotzen pro flößen, c. XXX, 28 börnen pro brennen, c. XXXIX, 28 kipffen pro klippen, & Marc. XI, 26 Feile pro Fehle legimus. Acta insuper Apostolorum in hoc codice inscribuntur secunda pars Evangelii S. Lucae, & testimonium illud Joannis I. ep. V, 7. de triplici Divinitatis persona in utraque lingua est omissum. Tandem addere licet, Illustrem & Magnificum Dom. GEORGIVM BRAVN, Praecons. & Burggr. Regium Gymnasii Bibliothecae haec Biblia A. 1601 donasse. His addo

BIBLIA GERMANICA PENTAPLA,
III. Tom. in 4to, Wandesbeci ab A. 1710 - 1712, typis HERM. HENRICI HOLLII edita.

Origenes, Episcopus quondam Alexandrinus, versionibus Sacrae Scripturae Graecis mox quadruplicibus, mox sextuplicibus, mox octuplicibus collectis, primum tetrapla, postea hexapla, & tandem octapla edidit. l) Cujus vestigia sequuturus HOLLIVS chalco-

 graphus

---

i) de *variis Bibl. edit[illegible]* c. 15. §. 21. add. *le LONG Bibl. sacra.* P. I. c. 4. p. 666.
k) conf. GOD. SCH[illegible] Beurtheilung einiger deutschen Wörter, welche aus Lutheri deutscher Bibel Uebersetzung mit Unrecht verdränget worden.
l) add. *BVDDEI Isag[illegible] theol.* p. 1585 &c.

graphus ſibi propoſuit, Biblia haec pentapla, ſeu quintuplicem S. S versionem Germanicam, uno conſpectu per quinque columnas poſitam, ſuis ſumptibus in lucem emittere. Prodiit ergo A. 1710 N. T. & 1711 prior V. T. pars a Pentateucho ad Jobum usque; A. vero 1712 poſterior, Prophetas & Apocrypha complectens. Adhaec libris N. T. praeter onomaſticum ſacrum, aliaque ad Geographiam & Chronologiam ſpectantia, appendicis loco adjecta ſunt octodecim Apocrypha, in linguam Latinam itidem translata, e. g. epiſt. Pauli ad Laodicenſes, Barnabae, binae Clementis ad Corinthios &c. Quod vero ad quintuplicem Bibliorum noſtrorum verſionem attinet, primum in V. T. illa CASPARIS VLENBERGII de A. 1620 & 1666, ab eccleſia catholica recepta, alterum, ea, quae eſt LVTHERI noſtri, tertium IO. PISCATORIS, Reformatis probata, quartum IOSEPHI ATHIAE Ebraeo-Germanica, & quintum denique Belgica de A. 1636 occupat locum; & quidem, ut verſum nonum Ezech. XIX, ſpeciminis gratia addam, hac ratione:

Catholiſche, Lutheriſche, Reformirte, Jüdiſche, Holländiſche Ueberſetzung,

Und ſie ſperreten ihn ein, und führeten ihn an Ketten zum Könige von Babylon.	Und ſtießen ihn gebunden in ein Gatter, und führeten ihn zum Könige zu Babel.	Und ſie legten ihm ein Mahlen-Schloß an mit Ketten, und führeten ihn zum Könige zu Babel.	Und ſie haben ihn gegeben mit Ringen eingeſchloßen, und ſie haben ihn zu dem Könige von Babhål gebracht.	Ende ſy ſtelden hem in geſloten bewaringe met Hacken, op dat ſe hem brachten tot den Coninck van Babel.

In N. autem T. verſio IO. HENR. REITZII, quae h. l. nova audit, quartam implet columnam. Adhaec obſervandum eſt, omnium iſtorum interpretum in hoc codice exhiberi praefationes, quibus in V. T. ein allgemeiner Vorbericht, in N. vero T. ein kurzer Begrif des neuen Bundes, welchen Gott durch J. C. mit uns Menſchen gemacht, praemittuntur. Quaerenti interim, quem editor in publicanda hac quintuplici S. S. verſione habuerit finem, reſpondeo, illum

illum indifferentismi amore eo adductum esse. Hinc non modo teste DASSOVIO m) typographia horum Bibliorum in Borussiae Regis provinciis A. 1710 inhibita est: quia religionum indifferentismus inde metuebatur; sed REIMANNVS quoque scribit, n) ipsum codicis hujus auctorem interrogatum aliquando: cur LVTHERI versioni alias variarum religionum conjungeret? se praesente respondisse, unam esse fidem, unum DEVM. Idem etiam REIMANNVS l. c. refert, quae HOLLII pietas, quodque ipsius de S. Coena fuerit judicium. Hinc non mirum est, MICH. BERNVM, Pastorem quondam Wandesbeciensem hoc opus pentaplum sub censuram vocasse. His HOLLII Bibliis, o) Vir Gener. Amplisf. Consultissimusque Dominus PHILIPPVS SCHROETER, Reip. patriae olim Consul & Territorii Elbingensis t. t. Quaestor longe meritissimus, propensam suam erga Musas remque literariam voluntatem testaturus, A. 1736 Bibliothecam locupletavit.

Non minus nostra meditatione nostroque studio digna sunt illa Biblia, quorum titulus sic se habet:

MYSTISCHE und PROFETISCHE BIBEL, Marburg. 1712. in 4to.

Haec Biblia, quorum explicationes Theologiam mysticam, ut & doctrinam de universali Judaeorum conversione & regno millenario ubivis sapiunt, varios habuerunt auctores, inter quos maxime ingenii sui vires periclitatus est D. HENRICVS HORCHIVS, qui ecclesiae reformatae, quae Marburgi floret, antea a concionibus fuit; postea vero ab officio remotus, nullibi sedem habuit fixam: imo repudiata, quam prius amplexus erat, de ἀποκαταστάσεως hypothesi,

m) in *alloquio de pura doctrina conservanda.* §. 5.

n) in *Bibl. Reim.* p. 227

o) de quibus videas die deutschen *Acta eruditorum*, P. I. ad A. 1712. p. 758 &c. & *BVDDEI Isag. Theol.* p. 1572. 1573.

thesi, D. PETERSENIUM magnum expertus est adversarium. p) Omnes vero horum Bibliorum explicatores in enodandis vaticiniis & Prophetarum scriptis nec non Cantico canticorum COCCEIUM, celebrem Batavorum Theologum, sequuti sunt: in Apocalypsi Joannis vero ad Bremensium Commentatorum, & praecipue LUDOV. CROCII mentem paraphrasin suam accommodasse videntur. Interim & in dividendo tempore horum Bibliorum editorum non eadem, quae COCCEII, fuit mens. Hoc enim & in Cant. cant. & in Apocalypsi Joannis septem constituente periodos, illi tantum quatuor in Bibliis propheticis admittunt, quarum prior sub Judaeis & paganis fuit ad annum Christi 312, altera sub Imperatoribus christianis usque ad A. 475, tertia sub adversario Christi, & quidem per 1260 dies propheticos i. e. annos Apoc. XI, 3, quarta denique libera facta partim per reformationem & plenioris doctrinae explicationem, qua aeternum evangelium omnibus gentilibus, populis, linguisque annunciandum erat, c. XIV, 6. partim etiam per regni millenarii adventum, c. XX, 4. Quamvis vero per universa Biblia explicationes propheticae, his periodis accommodatae, inveniantur: attamen ipsi etiam codicis hujus auctores in praefatione addita maxime provocant ad Deut. XXXIII, ubi totam Christi ecclesiam ab initio ad finem usque mundi in imagine Patriarcharum repraesentari; ad Jes. LVII, in quo ecclesiam falsam vivis depingi coloribus; & tandem ad Cant. VI, 7. 8. ubi per 60 reginas, ecclesias inter Christianos heterodoxas, per 80 pellices coetus Mahomedanorum, Turcarum, Persarum, Tartarorum &c. per pedissequas innumeras, reliquos paganos cum Christo nondum unitos, per unicam vero columbam veram Salvatoris ecclesiam intelligi credunt. q)

Nec

---

p) in dem Zeugniß von der Wiederbringung aller Dinge wieder einen Retrolapsianer. 1718. conf. *WALCHENS* Religions-Streitigk. der Luth. Kirche. P. II. p. 648.

q) add. die deutschen *Acta eruditorum*, P. I. p. 762. & Lilienthals bibl. exeget. Bibliothec. Tom. I. Sect. I. p. 47.

Etwas
für alle.

Der Vorredner,

IOA. GEORGIVS HOFFMANN,

eröfnet die jährliche Stiftungsfeyer des löblichen Gymnasii mit des Kaysers Neronis Denkspruch: *Artem quaevis terra alit*, und bittet die Höchst- und Hochgeehrten anwesenden Musenfreunde um ein geneigtes Gehör.

*

IO. CHRIST. ROSKAMPFF

fordert alle auf zur Betrachtung des Etwas für alle.

* *

IO. CHRISTIANVS MIRITZ

behauptet, daß ein Etwas die Quelle von allem sey.

RAPHAEL BOGVSL. RHODE

beweiset, daß die ganze Welt nur ein Etwas heisse.

* * *

Nachfolgende sehen alles, was in der Welt ist, nur als ein Etwas an.

Joh. Gottfr. Gerwich	Joh. Jac. Meienreiß
Sam. Gottlieb Baum	Johann Convent
Hans Wilhelm Horn	Daniel Meienreiß
Dan. Gottfr. Kanngießer	Franc. Michael Goell
Jacob Napierski	Michael Leuchert

Johann Jacob Fromm.

FRID. TRAVGOTT LANGE

schlüsset von der Grösse der Welt auf die Grösse des göttlichen Wesens.

Daß

*

Daß der Mensch nur ein Etwas sey,
und daß die Betrachtung desselben sich für alle schicke, behaupten

Samuel Seelius
Carl Friedr. Kriese
Franc. Wilh. Mündler
Fried. Anton Endersch
Alex. Herrm. Kiedt
Daniel Gottlob Hanff
Heinrich Meyer
Johann Anuske
Joh. Jacob Kluge.

IO. CHRIST. HAAGE

redet etwas von dem Ansehen des Menschen, so ihm durch das Recht der Schöpfung zukommt.

* *

DAN. ABRAH. BAEHRHOLTZ

wirft die Frage auf: Was das Etwas für alle sey?

*

Nachstehende vermeinen das Etwas für alle in einem Wahlspruch gefunden zu haben, und zwar

Daniel Schrödter	in dem:	Ich bewundere alles.
Joh. George Anton Wahl	— —	Ich leide u. dulde mit allen.
Gottfried Laurenz	— —	Ich ernähre alle.
Fried. Aug. Rhode	— —	Ich bete für alle.
Thomas Christlieb Achenwall	— —	Ich prüfe alles.
Theod. Michael Sieffert	— —	Ich lerne alles.
Johann von Neaus	— —	Ich wünsche wie alle.
Joh. Frid. Gottl. Seb. von Lucke	— —	Ich beschütze alle.
Johann Theodor Dilla	— —	Ich hoffe wie alle.
Joh. Heinr. Bogusl. von Lucke	— —	Ich sterbe wie alle.

Auf

*

Auf Anrathen
des George Leucherts
entwerfen Etwas für alle im bürgerlichen Stande,
und zwar in guten und bösen Tagen

Christian Gottlieb Bräßke — Jacob Convent
Johann Ferd. Jungschulz — Michael Fromm
Christian Gottfr. Silber — Heinr. Christlieb Rhode
Jacob Heinrich Burchard.

*

Das Betragen in Unglücksfällen und den rechten Gebrauch der Glücksgüter
schildern in etwas ab

GEORG. GRVEBNAV, IO. CHRIST. SILBER
CHRIST. WOLFFG. LAECHELIN.

* *

Etwas für alle im Krieg und Frieden entwerfen

IO. GOTTLIEB BRODOWSKI, IO. FRIED. BRODOWSKI
GEO. EPHRAIM STELLMACHER.

Nach welchen von den Absichten Gottes bey Krieg und Frieden reden

IO. IAC. KIENAST, GOTTFRIED GVTTKE
IAC. GOTTL. SILBER.

* *

Etwas für einen Tugendhaften erheben

Joh. Jacob Mündler — Johann Napierski
Joh. Gottlieb Kotsch — Geo. Daniel Schröter
Jacob Stellmacher — Jacob Poselger
Dan. Gottfr. Willner — Johann Daniel Eske.

IO. BENEDICTVS LANGE
ziehet die Tugend der Ehre und dem Reichthum vor.

* *

Etwas für einen Christen bey dem Genuß des gegenwärtigen
Lebens entdecken

Carol. Frid. Ramsey — Carol. Christ. Lange
Io. Henr. Iungschultz — Dan. Richard Vnger
Mich. Wilh. Tornier — Christ. Theod. Kelch.

Hingegen

Hingegen finden
Io. Iacobus Baum — Io. Henr. Ammelung
Dan. Gottl. Achenwall — Frid. Ernestus Horn
Alex. Iacobus Kiedt — Io. Iacobus Lange

Etwas für einen Christen
bey der Hofnung des zukünftigen Lebens.

Worauf
CHRIST. LUDOVICUS BURCHARD
die Sterblichen ermuntert, in der Hofnung des zukünftigen Lebens sich fleißig zu üben.

* *

Etwas für einen Studirenden entdecket
IO. IAC. SCHROETER.

Nach welchem
von der natürlichen Geschicklichkeit eines Studirenden ein Gespräch halten
MART. DAV. STELTER, WILHELM MEYER,
GOD. FRID. REUSS, CAR. LUD. GEO. v. TRAVEN.

Ferner
handeln von dem Gebrauch des Worts: Etwas, in den Wissenschaften
CHRIST. GOTTL. PROEW, DAN. REINH. RHODE,
IOA. THEOD. MUEHLBERG,
Io. Iac. Lange.

Endlich behauptet
CHRIST. FRID. CIALA
daß die Schulen Etwas für alle in sich halten.

Daher
CHRIST. THEOPH. PORSCH und PAUL POMIAN PESAROVIUS
GOTT und E. Hohen Obrigkeit gebührend danken
für die Erhaltung dieses Pflanz-Orts, mit den aufrichtigsten Wünschen, daß es
Elbing und dieser Schule weiter wohlgehen möge.

Der Nachredner
NATHANAEL PETERSCH
erhebet in einem lateinischen Gedicht die gegonte Gegenwart aller Höchst- und
Hochgeschätzten Anwesenden, und stattet im Namen des
ganzen Gymnasii dafür den schuldigsten Dank ab.